

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Octavum oraculum sacrum

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Christum non diligere, non infirmitas,  
sed mors est. Item cap. 38. quæst. 71. Tom. 4.

Quoniam cum aliis Apostolatus nomine  
Petrus ab ipso Christo de coratus, ter in tempore  
passionis negavit, jure nunc ab eo terna dilectio-  
nis confessio petitur, ut terna negatio æquali  
confessionis numero compensetur, *Cyrillus*  
*lib. 12. c. 64. in Job. T. 1. col. 626. D.*

Althier hat Petrus treu dreymahl dem  
Herz versprochen/  
Und zwar gar recht/denn er zuvor dreymahl  
gebrochen  
Den starcken Liebes-Bund; wer dich  
nicht liebt noch ehrt/  
Herz Jesu! dormalheins dein stren-  
ges urtheil hört.

Ex v. 18 & 19.

*In manibus Domini fors & mors nostra reposta est,  
Nam Christus Petri fata necemq; videt.*

OCTAVUM ORACULUM  
SACRUM.

*Psalm. XXXI. 15, 16.*

TEXTUS EBRÆUS SACER.

וְאֵנִי עָלֶיךָ כַּשְׁחָתִי יְהוָה אֱמַרְתִּי  
אֱלֹהֵי אֲתָהּ: כִּדְרָךְ עֲתוּרִי:  
F3 Vor-

*Versio Vulgata.*

Ego autem in te speravi, Domine:  
Dixi: DEUS meus es tu, in manibus tuis  
tempora mea sunt.

*Versio. B. LUTHERA:*

Tsch aber/ HERR/ hoffe auff dich/  
und spreche: Du bist mein GOTT.  
Meine Zeit stehet in deinen Händen.

## N O T A.

1. Sperare h. l. ut & alias sæpius in Psalmis idem est, quod credere, & spes pro fiducia usurpatur II. Sam. XXII. 13. I. Paral. X. 14. Job. XIII. 13. Prov. XXVIII. 25. E. fides non est simplex notitia seu assensus in mente, sed & fiducia in corde, contra Photinianos & Pontificios, & cum primis Bellarminum, qui lib. 1. de Justific. cap. 5 & seqq. ait: fidem esse SOLUM & SIMPLICEM ASSENSUM. Et Concilium Trident. sess. 6. can. 12 illos, qui dicunt, fidem justificantem esse fiduciam misericordia divina, peccata remittentis propter Christum, anathemate damnat.

2. Quia Ebraei præsens tempus verbi non habent, igitur pro eo tum participiõ præsentis, tum futurõ, tum etiam præteritõ credro utuntur. De Præterito habes exemplum in loco præsentis: Ego in te speravi Domine, **וַיִּסְתַּחֲוֶה** speravi. e. spero seu confido. Hinc Luthe-

rus per præsens: Ich aber/ HERR/ hoffe auff dich.

3. David h. l. sperat i. e. fiduciam ponit in DEo. E. non est sperandum aut confidendum in homine, sed in DEo aut *Ἰεσὺ Σπῶντι*, Homine DEo, contra Pontificios, qui in *Invocatione sanctorum* disertè profitentur, se in ipsis spem & fiduciam suam habere defixam. Juxta illa: O clementissima Domina, & dulcissima virgo sancta Maria, mater DEi, mater orphanorum, consolatio desolatorum, via errantium, salus & SPES in te sperantium &c. Tu portum præbenaufrago, reo fer patrocina, dans misero solatia sis spes ne desperatione succubā mortis in agone, cum tunc non sit spes altera, nisi tu virgo puerpera, patris parēs & filia, cui me recōcilia. Vide Oration. Innocentii. Recordare (Maria) septem tormentorum ac dolorum perenni memoria, ut qui nos te invocamus, per hæc listi valeamus in perenni gloria. Ad te igitur hodie, ò Unica spes miserorum, confugio, & plena fiducia tibi me ipsum in omnibus necessitatibus devotè commendo. Vide de *Compass. Mariæ* in ordinario *Hildesheimensi*. Item: IN TE DOMINA SPERAVI, non confundar in æternum. Vide in psalt: ps. 30. *Qui sperant in te*, amictu luminis induentur, gaudium & perpetuam lætitiā sortientur. *Ibid. Ps. 89.* Fructus gratiæ inveniet, qui speraverit in illam, porta paradisi reſerabitur ei, *Ibid. Ps. 90.* Sperate in illam religiosi &

*claustrales: Confidite in illam, clerici & seculares. Delectemini in laudibus illius, & exaudiet petitiones cordis vestri. Ibid. Ps. 36. Miserere mei Domina, miserere mei, quoniam tu es spes & lux omnium confidentium in te. Ibid. Ps. 46. Qui confidunt in te, non timebunt colubrum tortuosum, & qui exaltant te præconiis, evadent manus Acherontis. Ibid. Ps. 101. Beati, qui in ea habent Spem & confidentiam Ps. 118.*

Nec est, quod quis excipiat. *Psalterium Marie esse scriptum privatum.* Nam publicè aliquot Pontificum autoritate commendatum, ac superioribus annis Ingolstadtii cum singulari commendatione aliquoties recusum est.

4. Tempora nostra sunt in manu DEI, non in manu cæli, vel astrolabii, contra supersticiosos augures astrologico-Genethliacos, qui orium Christi, aliasq; summa prodigia & miracula etiam ex astorum observatione prenasci ac prædici potuisse scribunt. Imprimis hæc notanda sunt,

I. Contra PETRUM ÆLIACUM, de quo Pererius lib. 2. in Genes. disput. adv. astrologos.

II. Contra CARDANUM, qui thema natalitum Christi erexit, & mortem violentam ei astra minitata fuisse, non sine temeraria impietate scripsit.

III. Contra PRISCILLIANISTAS, qui universæ vitæ humanæ cursum & eventum duodecim Zodiaci signis attribuerunt.

IV. Con-

IV. Contra Rudolphum GOELENIIUM, qui  
 vocum Hiobi cap. XXXVII. 7. qui in manu o-  
 mniun hominum signat, ut noverint singuli  
 opera sua, crinibus q. ad Chirosopiam trahit,  
*Pl. 4. n. Chirosopia f. 105.* Rectius B. Lutherus hunc  
 vocum Jobi ita vertit: Alle Menschen hat Er in  
 der Hand als verschlossen, daß die Leute lernen,  
 was er thun kan. Nam in Ebræo est **וּמָחַד**,  
 obliuabit, claudet.

5. Si tempora nostra sunt in manibus DEi,  
 nemo potestatem habet in proprium spi-  
 ritum, nedum eam sibi sumere potest in alie-  
 num, contra Donatistas & Exegetas propugnantes,  
 & quosdam Pseudopoliticos, Monomachiam  
 DEi, licite esse contendentes.

6. Tempus h. l. per Metonymiam adjuncti  
 ponitur pro rebus in Tempore factis, seu existi-  
 tentibus. In manu tua sunt tempora mea,  
 h. e. vita, valetudo, & totius vitæ status & acta.  
 Confer Pl. CXXXIX. 1. & seqq. 11. Tim. III. 1.

7. Quamvis tempora nostra in manibus DEi,  
 tamen DEus homini terminum vitæ non statuit  
 absolute, verum habita ratione pietatis aut im-  
 pietatis, nec immediate, sed mediatis prin-  
 cipiis & causis naturalibus. Vide hac de re pro-  
 lixè & nerveè disferentem Clariss. Theolog-  
 um Dn. D. Henricum Freieslebenium Disquisit.  
 Synod. IV. in F. C. Artic. II. Tmemat. posteriori  
 S. 14. & hæc nota contra Stoicos & absoluti de-  
 creti architectos.

8. Terminus igitur vitæ est, vel naturalis, vel  
 F 5 hyper-

*hyperphysicus.* Prior respicit causas naturales, quibus DEus ordinariè agendi vires liberes permittit: posterior est vel gratiæ, vel iræ. Terminus gratiæ vitam vel prolongat, vel decurtat, terminus iræ tantum decurtat, *contra eosdem.*

## SENTENTIÆ PATRUM.

*De termino vitæ humane.*

Nulli dubium est, quod & ortus & interitus hominum DEo notus sit & agnitus. *Hieronymus in Eccles. 3. T. 7. f. 34.*

Præfixi dies singulis ab interna DEI præscientia, nec augeri possunt nec minui, nisi contingat, ut præsciantur, ut aut cum optimis operibus longiores fiant, aut cum pessimis breviores, *Gregar. Magn. in Moral. l. 12. cap. 23. T. 1. col. 426.*

Quisquis verè credit in Christum, nullum hominem sub cælo stellato collocat, multò minus Christum, qui non ex necessitate positus siderum, sed sponte & ex DEI consilio, natus est. *Aug. lib. 6. contra Faust. c. 4. § 6. & T. 10. perm. 6. de Natal. Dni.*

Dicant: Fatum mihi fecit: quid est fatum? Stellæ me fecerunt: Quid sunt stellæ: certè istæ; quæ in cælo conspicimus. *Et quis eas fecit? DEus. Quis eas ordinavit? DEus. Ergo vides, quid voluisti dicere: DEUS* fecit

fecit ut peccarem. Ita ille injustus, tu justus,  
quia nisi ille fecisset, tu non peccasses. *Idem in*  
*Pf. 31. f. 35.*

Non solum gentiles stellarum conjunctio-  
ne atq; adpectu, quæ in terris sunt, *necessario*  
*accidere credunt*, quàm viam FATUM appellant:  
verum etiam multi ex fidelibus coartantur,  
impossibile alicui fieri credentes, quàm stella-  
rum cursus effecerit, unde sequitur, nullam in  
nobis esse libertatem. *Origenes apud Eusebium*  
*lib. 6. de Prepar. Evang. cap. 9.*

In manibus tuis tempora mea, omnis vita  
mea, omnes dies, horæ & momenta vitæ meæ.  
*Luth. Tischreden tit. von Franckheit f. 351.*

Herz Jesu/ meine Zeit steht ganz in deinen  
Händen

Du laßst all Ungewach zu rechter Zeit ab-  
wenden;

Du kennest meinen Gang/ mein Glück  
und Unglücks-Zeit/

Hilff daß ich früh und spät zum Tode  
sey bereit.

Ex Matth. II. II.

*Invocate Christum, Regemq; hominemq; DE-*  
*umq;*

*Cumq; Magis fratrem pronus adoro meum.*

NONUM